

## CHARTE DE MEZEL

ACCORDÉE PAR GUI DE LA TOUR-DU-PIN  
ANCIEN FRÈRE PRÉCHEUR, ÉVÊQUE DE CLERMONT

Juin 1259

On a pu dire que les bonnes lois sont l'œuvre du temps et de Dieu. De là vient sans doute que les grands légistes du xvi<sup>e</sup> siècle ont pris soin de rédiger les coutumes de notre vieille France, œuvre capitale qui a servi aux jurisconsultes de la Convention pour la rédaction de notre Code que l'Europe nous envie.

Au x<sup>e</sup> siècle, après la fusion des races et des langues et le démembrement de l'empire de Charlemagne, chaque lambeau de cet empire éphémère vécut d'abord dans l'isolement. Alors apparurent le régime de l'arbitraire et la vie du manant attaché à la glèbe, corvéable et taillable à merci. Mais l'esprit de liberté apporté par les envahisseurs triomphants, et l'esprit de fraternité introduit par le christianisme victorieux, modifièrent bientôt cette triste situation. Des usages et des coutumes variés s'établirent peu à peu dans les lambeaux isolés de l'empire disparu, qui n'obligèrent les tenanciers qu'à des redevances déterminées ; et un régime nouveau s'organisa, qui fixa pour toujours au sol les populations nomades et unit tous les membres épars de la société nouvelle : le régime féodal.

Le clergé, qui devait de grands biens à d'éminents services rendus, les possédait à la manière généralement admise, à la manière féodale. L'évêque, comme les autres seigneurs, avait au-dessus de lui un seigneur, le Roi au moins, dont il dépen-

— 2 —

dait, et au-dessous de lui des vassaux et des tenanciers assujettis par les coutumes locales aux redevances déterminées qui leur assuraient la protection du seigneur ou suzerain.

Avant le xiv<sup>e</sup> siècle, l'évêché de Clermont s'étendait sur toute la province d'Auvergne, qui n'était autre, du reste, que l'ancienne *Cité des Arvernes*. Les biens de l'évêque étaient disséminés sur toute la surface de ce vaste territoire ; mais ses principales possessions étaient situées dans la Basse-Auvergne, particulièrement entre les rivières de Dore et d'Allier.

Trois petits cours d'eau, les ruisseaux de Brelet, de Billom et de Saint-Julien, prennent leurs sources dans les hauteurs au-dessus de Billom et se réunissent au-dessous de cette ville pour former le Jauron, qui serpente dans la plaine jusqu'à ce qu'il se jette dans l'Allier, près de Beauregard-l'Evêque. C'est dans ce petit bassin qu'étaient les principales possessions de l'évêque de Clermont : aux deux extrémités, Beauregard et Mauzun, et entre ces deux localités, Billom et Vertaizon.

Avant le xiii<sup>e</sup> siècle, Vertaizon était sous la suzeraineté de l'évêque. En 1195, Pons de Chapteuil, qui en était seigneur, par sa femme Jarentonne, rendit hommage à son suzerain ; mais, quelques années après, pendant une guerre entre l'évêque Robert et le comte d'Auvergne, son frère, le vassal ne craignit pas d'ouvrir les portes de son château de Vertaizon à l'ennemi de son suzerain. C'était manquer à la foi jurée, et, selon l'expression féodale, le fief tombait en *commise*, c'est-à-dire, était confisqué par le suzerain. Après quelques résistances et des débats dont les pièces justificatives sont conservées dans nos archives départementales, la Royauté intervint et l'évêque de Clermont devint seigneur direct de Vertaizon et de ses dépendances (1211).

Dans la suite, la châtellenie de Vertaizon comprit à la fois Bouzel, Vassel, Chauriat, Mezel et Maschale, bourg aujourd'hui réduit à une maison, que nous pourrions, pour cette raison, assimiler aux *bourgs pourris* d'Angleterre.

On connaît les chartes de Clermont, de Montferrand, de

Billom et de bien d'autres villes importantes ; mais de petites localités, telles que Mezel, avaient aussi les leurs. Elles sont moins connues et ne manquent pas d'intérêt, puisqu'elles démontrent jusqu'à l'évidence que, à l'époque dont il s'agit, l'arbitraire disparaissait de partout, jusque dans nos campagnes.

Celle de Mezel n'a pas encore été publiée.

Au milieu du xm<sup>e</sup> siècle, Gui de La Tour-du-Pin, ancien Frère Prêcheur, était évêque de Clermont. C'est ce Prélat qui reçut saint Louis à son retour de la Terre-Sainte ; c'est aussi lui qui accorda cette charte aux habitants de Mezel, au mois de juin 1259. La voici *in extenso* en langue latine, telle qu'elle est conservée dans nos archives départementales. Elle est rongée en partie par les vers ou les rats ; mais une copie-*vidimus* du xiv<sup>e</sup> siècle, qui se trouve au même dépôt, nous a permis de la reproduire intégralement (1).

F.-X. PLASSE.

Nos, frater Guido, miseratione divinâ Claromontensis episcopus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos hominibus nostris villaे de Mezets hos usus et consuetudines infra scriptas, de consensu et consilio totius capituli Claromontensis, concessimus et donavimus in perpetuum pro nobis et successoribus nostris,

Scilicet :

Quod major homo dictæ villaे, nomine servicii vel collectæ, non debet dare nisi sex solidos Claromontenses vel monetæ currentis, et minor decem et octo denarios, et alii medii debent dare secundum arbitrium et voluntatem consulum et bajuli nostri vel ejus mandati. Consules vero debent eligere qui sunt minores, qui medii, qui majores, cum dicto bajulo vel

(1) Préfecture, fonds de l'Evêché, classe 13. — Cotes 2 et 31 : acquisition de Vertaizon ; cotes 9 et 16 : charte de Mezel.

ejus mandato, et, per hoc, debemus guidare et tenere in nostro guidatgio homines predictos et omnia bona eorumdem, ubi cumque sint, in potestate nostrâ, jus faciendo. Debemus etiam guidare ab omni homine quemlibet hominem qui vellet venire ad morandum seu inhabitandum in dictâ villâ, et omnia bona sua, ubicumque sint, in potestate nostrâ, jus faciendo ; et qui cumque voluerit exire et alibi moram vel inhabitationem facere, licitum est ei, et ipse et res et omnia bona sua, quæ de dictâ villâ faciet extrahi seu asportari, sunt in guidatgio nostro per quindecim dies, et omnia alia bona sua, quæ in dictâ villâ remanebunt, sunt semper in guidatgio nostro, et, ubicumque moretur, semper potest ea pacifice possidere, faciendo usatgium dictæ villaे, et vendere vel aliter distrahere, cui voluerit. — Item, quicumque acceperit pignus alterius, auctoritate propriâ et pro debito liquido, debet illud deponere penes aliquem probum hominem de villa vel penes se tenere, ita quod, per octo dies, nunquam de villa extrahatur, et, post octo dies, potest de dictâ villa extrahi, sed teneri debet per alios octo dies, quibus transactis, licitum est pignus vendi legitime et sine fraude, et illud quod ultra sortem seu debitum habebitur debet debitori resarciri. — Item, quicumque possidet bona immobilia in dictâ villa vel districtu ipsius non debet in judicio fidejussoriam cautionem dare, si non potest, et debet credi, super hoc, juramento ipsius, nisi enormiter deliquerit, in quo casu debet cavere vel capi, si delictum requirat. — Item, comunitas dictæ villaе debet eligere quatuor consules, et si electi nollent esse consules, bajulus debet eos compellere, et bajulus debet jurare quod ipse servabit usus et consuetudines dictæ villaе, et quod non veniet contra, et quousque juraverit, non debet haberi pro bajulo. — Item, si aliquis sit deceptus ultra medietatem justi precii, debet restituvi vel justum premium ei suppleri. — Item, si sponsiones, que vulgariter dicuntur *Espoys*, fiant in dictâ villa inter homines dictæ villaе et extraneos, licitum est eis a predictis sponsionibus sine pena recedere, et eas rescindere, soluto uno sextario vini illi cum quo sponzionem fecit. — Item, si aliquis extraneus contrahat,

emendo aliquid in dictâ villâ, et aliquis de dictâ villâ veniat dum contrahit, potest esse particeps rei emptæ, si velit partem precii solvere. — Item, si aliquis intrabit vineam vel pratum vel ortum alterius et dampnum dederit, si ille cui dampnum dedit jurabit quod eum invenit sibi dampnum dantem, ei credendum est, in modicâ summâ. — Item, si uxor alicujus jaceat in puerperio, vir ipsius non tenetur ire in mandum, vel excubias facere, vel aliquod aliud opus villæ. — Item, ille qui solvet census potest cartam radere, si velit, et ille qui erit ex parte nostrâ debet justam mensuram tenere, prout consuetum est. — Item, homines dictæ villæ non debent nobis manobriam hominum, boum vel asinorum, vel aliarum rerum, nisi semel in anno, vel bis si necessitas exigerit, et illis, qui dictam manobriam facient, debemus dare panem ad sustentationem ipsorum illâ die vel diebus quibus facient manobriam, et hoc non possumus dare, nec mutuare, nec adicensare, nec vendere, nec pecuniam levare, sed levare tantum dictam manobriam in proprio negocio nostro, et si necessaria nobis non fuerit, pro alio negocio non debet levari; item nec messem bajulo nec servientibus dare, nisi voluerint. — Item, de clamoribus factis sine sanguine, iii solidi et vi denarii prestentur nobis. — Item, si prelium vel rixa vel contencio aliqua fuerit facta inter aliquos homines dictæ villæ, et clamor inde factus non fuerit, nos inde nichil habebimus, nisi sanguis intervenierit, vel aliud enorme delictum; et consules possunt pacificare et componere inter istos, etiam si clamor inde factus fuerit cum licentiâ bajuli vel mandati nostri, salvo jure nostro. — Item, nullus tenetur de forisfacto filii, vel familiæ, vel alterius, nisi particeps fuerit vel conscientius. — Item, si aliquis percuterit cum pugno aliquem, prestabit nobis vii solidos, si cum palmâ quinque solidos prestabit nobis. — Item, si aliquis percuterit aliquem ab oculis, supra, et sanguinem extraxerit xv solidos et unum denarium prestabit nobis, nisi os fregerit vel enorme vulnus fecerit; si subitus oculos, vii solidos et unum denarium prestabit nobis; si cum gladio vel cultello vel aliâ armâ exmolutâ, vel quocumque modo

leserit vel os fregerit, lx solidos, pro quolibet ictu quo fractum fuerit os, et pro quolibet vulnerc facto cum cultello vel armâ exmolutâ prestabit nobis lx solidos; si vero letale vulnus fuerit, quod merito dubitari possit de morte, debet capi et arrestari, donec certum sit de morte vel de vitâ lesi; et si moriatur, bona ipsius confiscentur, et corpus remanet in voluntate nostrâ; et in predictis omnibus debet primo satisfieri lesis de dampnis et injuriâ. — Item, qui gladium evaginaverit contra aliquem et non percuterit, xv solidos prestabit nobis. — Item, si aliquis falsam mensuram vel falsam cartam habeat, et cum eâ emat vel vendat, vii solidos et unum denarium prestabit nobis. — Item, si habeat falsam marcham, vel falsum quintale, et cum ipsis emat vel vendat, bona ipsius confiscentur. — Item, si aliquis deprehendatur in adulterio, res ipsius remanent in voluntate nostrâ, vel ducetur nudus per villam, et electio est deprehensi. — Item, qui homicidium fecerit vel proditionem castri seu villæ, voluntati nostræ relinquitur. — Item, bajulus nec servientes ipsius non debent capere olera, porros vel aliqua ortalia sive rapas dictorum hominum, nec utensilia nec superlectilia ipsorum, neque palcam, neque fenum, mutuo vel alio modo, sine voluntate ipsorum, nisi teneremus magnam curiam vel exercitum in dictâ villâ. — Item, homines dictæ villæ debent nos sequi ad defendendum et prosequendum jus et bona Ecclesie Claromontensis, et ad defendendam personam nostram et canonicorum Claromontensium, et tunc debent tot personæ remanere, quibus villa possit sufficienter muniri; et debent mandari per bajulum et consules. — Item, pro debito cognito possunt homines dictæ villæ gatgiare unus alterum, excepto comuni sive collectâ, de quibus non possunt aliquem compellere sine bajulo vel ejus mandato; comune debet solvi anno quolibet, usque ad festum Omnium Sanctorum. — In tempore vindemiarum volumus, quod ponatur dets et banni statuantur, et indicantur per ordinationem bajuli, militum et consulum, si requisiti, interesse voluerint; sint autem bajulus et consules, per se ipsos faciant; et per predictos anno quolibet ponantur guasterii ad custo-

diendum blada, vineas et segetes, ita quod pœnæ comissæ sint nostræ, et bajulus non debet differre vindemias ultra comunem ordinationem factam ab eodem bajulo, militibus et consulibus. — Uxores vero pro debito maritorum dotem suam non debent admittere. — Et si aliquis casus in dictâ villâ acciderit, de quo, in istâ cedulâ, non fiat mencio, secundum jus scriptum debet terminari.

Et nos predictus episcopus predicta omnia promittimus, per juramentum prestitum, attendere et inviolabiliter observare, in verbo episcopali; et quod nullam vim vel exactionem aliquam faciemus vel fieri permittamus in homines dictæ villæ, preterquam usus et consuetudines infra cartam istam scriptas.

In cuius rei testimonium et firmitatem dictis hominibus tradidimus et concessimus presentem cartam sigilli nostri munimine roboratam; et rogavimus venerabiles viros et discretos, capitulum Claromontense, ut ipsi, in testimonium rei gestæ, sigillum Claromontensis capituli unâ cum sigillo nostro, isti cartæ ducerent apponendum, et dictis hominibus tradenter sigillatam. Unde nos, Claromontense capitulum, ad voluntatem et rogatum dicti domini Guidonis episcopi, sigillum nostrum presentibus litteris apposuimus, in testimonium omnium predictorum, et hominibus dictæ villæ tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. — Actum et datum anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> l<sup>o</sup> nono, mense junii.

Pour copie conforme :

F.-X. P.

Chartes de Mezel.

Dans le fascicule n° 24 des Mémoires de l'Académie de Clermont, paru en 1914, sous la signature de Monsieur Marcellin Bougès, titre : "Collection ixénique inédite de Chartes de franchises de Basse-Auvergne : XIII<sup>e</sup>-XV<sup>e</sup> siècle", on trouve mentionné pour MEZEL :

Page XIV

Au mois de juin 1259, Guy de la Roue du Pin, évêque de Clermont, accordait une charte de priviléges en 36 articles sobrement et clairement rédigés aux habitants de Mezel, terre devenue propriété complète de son église en suzeraineté, depuis la confiscation de la part qu'y possédait les comtes d'Auvergne, à la suite de la rébellion de Guy II et le don de cette part aux évêques. Elle dormait en copie depuis bien des années dans un de mes cartons avec les documents relatifs à ces ~~différents~~ seigneurs de Mezel dont l'histoire est intéressante et je comptais la donner avec cette histoire. La chose est faite. M. l'abbé Plassé, érudit très consciencieux, l'a publiée en 1892 dans le Bulletin de l'Académie. -( page 296 du volume de 1892).

Consulat obligatoire, élection des quatre consuls, parle suffrage universel, mais avec le concours ou sur la surveillance du bailli seigneurial, charges très modérées; en cas de flagrant délit d'adultère l'homme seul est puni; pitié pour la femme dans les cas de flagrant délit d'adultère où l'homme seul est couru avec la femme moins plus faulté de ne pas l'être en payant l'amende. Dans les cas de grossesse le mari ne peut-être éloigné d'elle pour le service du seigneur, mais à coté de cela, la service militaire illimité. Somme toute, charte débonnaire et libertés restreintes, tel est son caractère principal.

Je serai heureux si ces quelques renseignements peuvent vous être utile.